

1721.

1. Borchhaus, Benjamin, de: De nullitate venditionis sub hasta absque praesente pecunia factae
2. Arnold, Hugo Franciscus, Facult. juridicae decanus (ad Disputationem inaus. Georgii Ludovici Wesselinii iuritat).
3. Arnold, Hugo Franciscus: De pacto pignoris antichretico.
4. Arnold, Hugo Franciscus: Advocatum legitimatum ... publice examinandum testit.
5. Meier, Joh. Heinrich, Fac. juridicae decanus l. b. 3. et. 0. (ad Disputationem inaus. Johannis Gottliebii Hornigkii iuritat).
6. Meier, Joh. Heinrich, Fac. juridicae decanus l. b. 3. et. 0. (ad Disputationem inaus. Johannis Christiani Gostbergi iuritat).

7. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae Decanus &  
f. b. s. et. o. : (ad Disputationem inang. Joh. Georgii  
Reinmanni iuribus).
8. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae Decanus f. b. s. et. o.  
(ad Disputationem inang. Christiani Gottlobi Wilckeii  
iuribus)
9. Meier, Joh. Henrich: De statutis Salzeburgis et  
successione conjugum juxta ea
10. Meier, Joh. Henrich: De eo, quod justum est circa  
liberationem inquisiti a simplicibus processibus, pre-  
sertim in foro Saxonico.
11. Meier, Joh. Henrich: De praejudicio tacentis circa  
contractus.
12. Meier, Joh. Henrich: De judiciis incompetentis.  
(competentia ex causae continentia).

13. Niess, Wilhelmus : Tractatus inaus. juridica, proponens principia de formando processu inquisitorio.

14. Pfizer, Joan. Godefridus : De restricta per jus laici cum mulierum in res suas potestate.

15. Tre, Joann. Fridericus, de: De ictero.

16. Reimann, Joann. Georgius : De edendis a iudice actis ad formando defensionem pro accurate inquisitione.

17. Schneider, Isaia Philippus : Specimen contra-  
tionis antinomiarum quarundam in jure  
statutario Francofurtensi apparatus.

18. Streit, Franciscus Philippus : De successione aucta

19. Stimpel, Joan. Georg : Tractatus inaus. juridica  
systema jurisdictionum ecclesiasticam et saecularem  
in causis mixti fori concurrentem, praevisione  
in eis obliante determinandam.

26 Jungell, Emanuel: De hypotheca tacita, quattuor  
libros studiosorum afficit.

1722.

1. Brückner, Jacobus Immanuel: De obligatione alternanda
2. Brückner, Petrus: Oratio inus. juridica, continens  
collationem juris civilis Romani cum statutario  
Saxoniae circa successionem conjugum.
3. Fickner, Joh. Anton: Disputatio inus. medica, continens  
haemorrhoides ex palato profluentes.
4. Reinsleben, Christ. Henricus: De officialitate jurisprae-  
dentiae hodiernae, ex rebus in statu monarchico  
doctrinis, quae ad statum republicae aristocraticae  
democraticae aptae erant, orimeta.
5. Henning, Joach. Ferdinands: De exceptione circumscripta  
actioni hypothecariae contra tertium institutam  
opposita.



56. Tsch, Dr. Georgius: De meritis juris (consequenter  
speculatione facti) potestatis in historiam ecclesiasticam

1722. 5<sup>c</sup> Thamer, Joh. Laur. : De herede anobis et herede infans  
→ ojerque usq. et aborsu

6. Meier, Joh. Henrich, Facult. juris Vice Decanus l. b.

s. et o. (ad representationem in ang. Johannis Ambrosii  
inritat).

7. Meier, Joh. Henrich, Facult. juridicae Decanus et l. b.

s. et o. (ad representationem in ang. Joan. Christophori

Benzi; inquit) Fac. jur. Decanus: Programma, Dissertationi  
7. Meier, Joh. Henrich, Facult. jur. Decanus: Programma, Dissertationi  
in ang. Joh. Henrich Schorring praemissum.

8. Meier, Joh. Henrich: Dissertationis in ang. juridicae,

qua materia negotiorum atque committorum  
proponitur.

9. Meier, Joh. Henrich: Dissertationis in ang. juridicae,

proponens iura mariti in bonis mobilibus uxoris  
tum secundum jus Saxonicum, quam ex pactis  
debatetur.

10. Meier, Joh. Henrich: De mora creditoris

11. Pockwitz, Michael: Dissertatio in qua jura deca-  
 tribus decadem quaestionum matrimonialium  
 secundum gemina jura ecclesiastici principia  
 ac praxin ministerialem Erfurtensem recedant.
12. Pollig, Joann: De pactis haereditariis et  
 successoriis.
13. Pre, Joannes Fredericus, de: Theses inaugurales  
 medicae, quas ex Hippocratis aphorismos I  
 sectionis I deductas . . . publicae Ernestinae  
 Acquisitioni subiecit.
14. <sup>1766</sup> Priber, Christianus Gollub: De usu doctrinae  
 juris Romani, de ignorantia juris in foro  
 Germaniae
15. Roterhuth, Jo. Michael: De retractu conventionali  
 prohibito eo, quia ex pacto de revocando competit.

16. Rumpel, Johann Georg: U. Sacratissimi Imperatoris  
 Iuris aliarum imperii iudicio, camera Regiarum
17. <sup>ab</sup> Schorch, Hieron. Frieder.: De eo, quod iustum est  
 circa reuocationem investiturarum, in caso, quo  
 dominus fundi pluribus relictis successoribus deced-  
 it. 2 Graef.
18. Strecker, Conradus Wilhelmus: Resignatione domini  
 iudiciali, iure Sax. Elect. necessaria.
19. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicæ decanus l. b. s.  
 (ad Disputationem inang. Christophori Smolke Besseri  
 inuitat).
20. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicæ decanus l. b. s.  
 (ad Disputationem inang. Christiani Henrici Fiesolebauer  
 inuitat).
21. Streit, Ioannes Philippus, Fac. juridicæ decanus l. b. s.  
 (ad Disputationem inang. Christiani Gussachi Proberi inuitat  
 las).

1722

22. Streit, Jo. Philippus, Facult. jur. Vici Decanus 1.6  
(et regulatiorem in auz. Henrici Philippii themiscke in vici)

<sup>Styit</sup>  
23. Treiber, Joannes Philippus: De acquisitione juris  
~~per aliam~~. De probatione, quatenus per examen testimo-  
nia perpetuam rei memoriam fieri potest.

24. Treiber, Joannes Philippus: De acquisitione juris per  
aliam.

25. Votrath, Fridricus Wilhelmus: De juris Dilectione al-  
et balsa.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE 1721, 12

**IUDICIS INCOM-  
PETENTIS COMPE-  
TENTIA EX CAUSÆ  
CONTINENTIA,**

*QVAM*  
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,  
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO

**DN. JOAN. JOACHIMO HAHN,**

*Dei & Apostolicae Sedis Gratiâ Episcopo Metropolitano,*

Per Thuringiam, Hasnam & Eichsfeldiam, Eminentissimi ac Cellissimi Principis Electoris  
Moguntini in Pontificalibus Vicario Generali, ejusdemque Archi-Episcopalis Curia Pro-  
vicario Generali, SS. Theologiæ & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico,  
Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem  
Moguntiaë respectivè Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

**ANNUENTIE AMPLISSIMO JCTORUM ORDINE**  
IN ALMA ET PERANTIQUA HIERANA,

PRÆSIDE

**DN. JOH. HENRICO Meiern/  
JCTO.**

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.  
JURID. P. T. DECANO, UNIVERSITAT. SENIORE ET JUDICII PROVINCIALIS  
ASSESSORE PRIMARIO &c.

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES, NEC NON  
PRIVILEGIA DOCTORALIA  
MORE MAJORUM, ADIPISCENDI,  
DIE XXVI SEPT. ANNO MDCCXXI.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI, HORIS CONSVETIS  
PUBLICÈ DEFENDIT

**CHRISTIANUS GOTTLIEB WILISCHIUS**

*Liebstadio - Misnicus,*

Reg. Maj. Pol. & Elector. Saxon. Generalis Accisæ Inspector, & Advo-  
catus immatriculatus Grossen-Haynenfis.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

IUDICIS INCOM-  
PETENTIS COMPE-  
TENTIA EX CAUSA  
CONTINENTIA

MAGNifico UNIVERSITATIS RECTORI

REVERENDISSIMO ET REVERENTISSIMO DOMINO

DR. JOAN. JOACHIMO HAHN

in Alma et Terranova Hierana  
ANNO DOMINI MDCCLXXIII  
KAL. FEBRUARII

ANNO DOMINI MDCCLXXIII  
KAL. FEBRUARII

IN ALMA ET TERRANOVA HIERANA

PRESIDE

DR. JOH. HENRICO BRUNN

RECTORI

RECTORI REVERENDISSIMO ET REVERENTISSIMO DOMINO  
MAGNifico UNIVERSITATIS RECTORI  
REVERENDISSIMO ET REVERENTISSIMO DOMINO

PRO LICENTIA

SUPERMOS IN UTROQUE IURE HONORES REGNUM

PRIVILEGIA DOCTORALIA

MORE MAIORUM ADISCENDI

DIE XXVI MENSIS APRILIS

IN AUDITORIIS PECTORUM MAIORUM NOTIS COMPARATIS

PUBLICE DEFENDIT

CHRISTIANUS GOTTLIEB WILSCHIUS

Mag. Joh. Pol. & Theol. Doct. Georg. Acad. Inspect. & Alde.

Mag. Joh. Pol. & Theol. Doct. Georg. Acad. Inspect. & Alde.

Mag. Joh. Pol. & Theol. Doct. Georg. Acad. Inspect. & Alde.



## PRÆFAMEN.



**D**E feligendo utili non minus, quam pertractatione digno Disputationis Inauguralis themate sollicitè mihi dispicienti, scopis meo tandem respondere visa fuit ea, quam frontispicium exhibet juris materia, utpote quæ nec quotidiano ferè in foro usu destituitur, nec nimium trita est, adeò ut ob id ipsum non immerito alicui digna videri posset, quæ justæ magnitudinis volumine potiùs pertractetur, quàm quæ arctioribus dissertationis academica cancellis includatur. Verum enim verò cum illud nec proposito meo, nec ingenii mei modulo, consentaneum sit, vitio mihi ab æquanimi Lectore haud verti pos-

A 2

se

se ratus sum, si posterius auderem, & potiora  
hujus materiei capita hic delibarem potius, quam  
penitus exhaurirem. Pace autem, ut spero, B.  
L. operosa vocum explicationi supersedebo, cum  
vel ipsis in jure tyronibus notum sit, JUDICIS  
COMPETENTIS nomine venire eum, coram  
quo quis stare tenetur, per continentiam causa-  
rum autem indigitari arctiorem illum causarum  
nexum, qui efficit, ut quam commodissime apud  
unum eundemque Judicem perorari possint. Ci-  
tra "as igitur ambages rei ipsius arcem accedo.

## §. I.

**Q**ui probe est dijudicaturus, utrum Judex ali-  
quis respectu ad certam personam habito  
sit competens, an incompetens, perspectos  
probe fontes habeat, necesse est, unde com-  
petentia illa Judicis vel fori oriatur, qua de re si quis  
varios consulat DD. varias quoque de horum fontium  
numero deprehendet opiniones. Ridiculus fere est  
Durandus, (ob systema suum juris, quod speculi no-  
mine insignivit, vulgo dictus Speculator) qui *in tit. de  
Compet. Jud. LII.* numerare conatur, adeo in excessu  
peccat, & ut proverbialiter dicam, extra oleas vaga-  
tur. E contrario Zanger *in Tr. de Except. P. 2. cap. 1.  
n. 8.* non immerito in defectu peccare censetur, dum  
saltem IV. causas, unde quis forum suum sortitur, enu-  
merat,



merat, 1. *Domicilium*, 2. *Contractum*, 3. *Delictum*, 4. *Rem. Hostiensis in summar. de foro compet.* XIII exponere causas sustinet. & Azo *in summ. C. de Jurisd. omn. Jud.* XV. sibi adinvenisse videtur, quas huc in medium afferre & sub incudem revocare vix ac ne vix quidem operæ pretium videtur, cum quilibet fere facili negotio deprehendere poterit, plures secum invicem coincidere, quæ pro diversis venditantur, plures etiam esse impertinentes.

§. II.

Ad minimum tamen sex competentia fori fontes statuendi erunt, nimirum eadem oriri potest ex ratione 1.) domicilii, 2.) contractus, vel quasi, 3.) delicti, 4.) rei sitæ, 5.) juris ac privilegii singularis & 6.) continentia causarum. Qui pro septimo fonte *causam qualificatam* adferunt, & exemplo *causarum Ecclesiasticarum* quæ non nisi coram iudice ecclesiastico disceptari possunt; itemque Feudalium, quarum iudex competens est dominus Feudi, licet alioquin litigantes alio plane gaudeant foro, 2. *F. ff. cap. un. §. ult.* illustrent, non advertisse videntur, has ad classem fori privilegiati spectare, nec proinde satis commode peculiarem constituere posse. Quid enim aliud est iudicium Ecclesiasticum itemque Feudale, quam forum privilegiorum.

§. III.

Primo igitur quis, nisi alia circumstantia obstet, in loco domicilii forum suum sortitur, quod nonnulli DD. duplex faciunt, nimirum Domicilium originis & habitationis. Illud est cujusque patria seu locus

cus nativitatis, unde patet admodum improprie domicilium originis pro loco domicilii venditari, interim olim jure Romano quis in loco originis forum suum fortiebatur, *L. 29. C. mulier. in quo loco.* Pro patria autem s. loco originis habebatur ille, in quo pater ingenui, vel patronus liberti civis vel municeps erat, ac ubi filius vel reapse natus erat, vel minimum natus fuisset, nisi mater tempore partus alio in loco forsan fuisset, *L. 6. §. 1. & 3. ff. ad municip.* sed hoc consuetudine Germaniæ universali abrogatum est, *Pauerm. de Jurisd. lib. 2. c. 8. n. 37. Vultej. in L. 2. C. de Jurisd. n. 23.* Calculum igitur *Gailho & Sichardo* adjicere haud possum, statuentibus, illo *observ. 36 Lib. II. n. 11.* hoc comment. in *C. de Jdict. n. 11. quod originarius forum sortiatur in loco originis, si ibi reperiat, quodque si pater meus sit Ulmenis, & ego illuc casu veniam, licet illic non contraxerim, nec habeam domicilium, tamen me posse illic conveniri.*

§. IV.

Domicilium autem habitationis describitur a Donello, *Lib. XVII. Comment. Jur.* quod sit locus, in quo quis habitat eo animo, ut ibi perpetuo consistat, nisi quid avocet, ex *L. 7. C. de incol.* sola igitur habitatio non sufficit, sed insuper animus & propositum permanendi requiritur, *L. 20. & 27. §. 2. in f. ad Municip. L. 7. de incol.* & quemadmodum prius in oculos facile incurrit, ita posterius non semper æque manifestum est, probari tamen potest, aut saltem valide præsumi ex variis circumstantiis, e. g. si quis cum uxore & familia alicubi subsistat, & rerum domesticarum administratio.

tionem plenariam instituat, quod significari videtur in *L. 20. de V. S.* per verba: *habere tabulas*, nimirum accepti & expensi, h. e. rationes domesticas, vel si quis majorem partem bonorum quodam in loco habeat, *L. 2. C. ubi senat. vel clariss.* vel si quis satis diu in loco aliquo commoratus fuerit, quantum autem temporis spatium sufficiat, arbitrio judicis relictum est, qui ex pluribus circumstantiis junctim consideratis illud determinare debet, cum sæpius ex una vel altera illud colligi sufficienter non possit, ita e. g. quis majorem partem fortunarum suarum in hoc, & nihilo minus domicilium alio in loco habere potest variis ex causis, unde rationes judici ponderandæ veniunt, quas quis allegat, cur alio in loco majorem bonorum suorum partem relinquat. Quemadmodum autem fieri potest, ut quis duobus in locis habitet, resque suas utrobique animo permanendi instruat, *L. 6. §. 2. ff. ad municip.* ita tali in casu arbitrio actoris relinquatur, ubi reum convenire velit.

§. V.

Quæritur autem, si quis prægnanti ex causâ, e. g. ob grassantem pestem vel belli pericula res familiamque suam alio transferat, animum tamen retineat ad priorem locum, periculo cessante, revertendi, an domicilium in priori illo loco conservare censendus sit? Nonnulli DD. affirmant, *vid. Cothm. Resp. 73. Vol. II. n. 49. & 51.* sed valde dubito, an talis ex pristino domicilii loco in alium secedens & præsertim per insigne temporis spatium ibi commoratus, in posteriori habitationis loco conveniri nequeat, siquidem satis iniquum

quum foret, per tantum temporis spatium, eum, qui legitimam contra ipsum actionem haberet, ab ejus institutione arcere, præsertim si illa vel nullam vel forte exiguam moram patiatur. Sane si hoc concederetur, egregia præberetur occasio maleferiatis debitoribus maxime legitimis quoque Creditorum suorum exactiones (si non penitus, saltem diu satis) eludendi, siquidem nil aliud opus esset, quam ut ad tempus alio sedem suam transferrent, translationisque plausibilem aliquam causam allegarent, vel saltem prætexerent.

§. VI.

Cum autem regulariter mutatio domicilii non præsumatur, ejus probatio incumbet ei, qui eandem asserit, & vel actionem vel exceptionem in eadem fundat, quod qua ratione fieri possit ex superius dictis colligi potest. Haud leve etiam indicium mutati domicilii est, si quis non solum familiam alio transfert, sed etiam immobilia vendit. Quod si admodum dubium sit, an domicilium mutatum sit, nec ne, rationibus pro & contra militantibus Glossa & Bartol. in L. §. §. ff. de injur. statuunt, tum demum quendam aliam sedem elegerit & domicilium ibi constituisse censendum esse, si per decennium ibi commoratus fuerit, quod, an non ridiculum sit, unicuique dijudicandum relinquo.

§. VII.

Sed quid de vagabundis erit statuendum, qui dum ubivis habitant, nullibi domi esse videntur? Respondetur, nullum esse dubium quin conveniri possint, ubicunque reperiantur, *Carpz. Resp. 25. P. II. n. 12.* quod  
 si

si ignoret Actor, ubinam modo Reus vagabundus commoretur, aut eum commode persequi non possit, in loco, ubi conversari solitus est, edictaliter citari poterit, Gail. *Obs. 1. Lib. 1. n. 33.* & *Obs. 17. Lib. 1. n. 5.* si bona alicubi habeat, citationem ibi affigendam, & si non compareat, à magistratu curatorem bonorum, qui defensionem ejus suscipiat, constituendum esse volunt Felin. *in c. fin. de foro compet. Zang. de Except. part. 2. c. 1. n. 102.* Carpz. *Resp. 25. P. II.*

§. VIII.

Cæteroquin forum domicilii est generale, omnibusque causis tractandis congruit, ita ut tam personali quam reali actione quis ibidem conveniri possit *l. 1. C. ubi in rem actio.* Concurrere etiam potest cum aliis modis seu fontibus forum sortiendi, e. g. cum foro rei sitæ, & tum Actori optio relinquitur, quodnam forum eligere velit, domicilii vel rei sitæ, *L. 19. §. fin. ff. de Judicis & ubi &c.* uno tamen electo & in eo Rei citatione facta, non licet variare, propter præventionem. *l. 30. d. tit.* Excipitur tamen hic à Zangero *de Except. P. II. cap. 1.* causa reddendarum rationum de administratione negotiorum, utpote ob quam in loco ipso administrationis aliquem convenire oporteat, *l. 45. d. 2.* sed alii contrarium sentiunt, quos inter est Vultejus *in l. 1. C. ubi de ratiocin.*

§. IX.

Pergo ad forum contractus vel quasi, quod nimirum quis sortitur in loco, ubi contractum quendam celebravit, si ex hoc ipso contractu conveniatur, *l. 20. §. 45. d. 2.* licet etiam hic alio plane in loco fuerit confirmata.

B

firma.

firmatus, *Sich. in l. 9. C. de neg. gest. num. 9.* nisi tamen adimplendæ obligationi solutionive alius locus sit destinatus, tum enim in illo, non verò in loco celebrati contractus Reus forum suum fortietur, *l. 19. §. 4. d. t. l. 21. de O. & A. l. 3. de reb. autor. Jud. possid. & l. un. C. ubi conv. qui certo loco dare prom.* Nec de jure civili refert, an in loco celebrati contractus destinatæve adimplerionis Reus præsens sit nec ne, licet aliud de Jure Canonico, quod etiam in praxi observatur, obtineat, *per cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6.* juxta hujus enim tenorem Reus non nisi in dicto loco inventus conveniri potest, nec in subsidium citatus comparere tenetur, *Gail. Obs. 36. n. 14.* Quod si tamen in loco contractus vel destinatæ solutionis quis bona possideat, facile nihilo minus Actor impetrato arresto Rerum adigere poterit, ut aut respondeat, aut commissa contumacia missionem in possessionem bonorum patiatur, *Mev. de Arrest. c. 12. n. 8.*

§. X.

Renunciare tamen contrahentes possunt huic foro in ipso contractu, cujus renunciationis effectus est, ut neuter alterum ad dictum forum trahere possit, *l. 19. §. 2. d. t. & notari quoque id meretur, quod in Constituto constituens non fortietur forum in loco constitutionis, sed in loco principalis contractus, l. 8. d. 2. & l. 33. de donat.* Cæterum quod hætenus de contractibus dictum est, non minus etiam in quasi contractibus obtinet, ita e. g. Administrator in loco administrationis, Tutor vel Curator in loco tutelæ vel Curatellæ gestæ recte convenitur, *l. 1. C. ubi de ratiocin. l. 19. §. 1. ff.*

*ff. de Jud. Sichard. ad l. 2. C. de Jurisd. omni. jud. Pariter hæres ex quasi contractu ibi conveniri poterit, ubi adiit hæreditatem, cum ipsa hæreditatis aditione se ad præstandum legata & fideicommissa obligaverit, §. 5. Inst. de Oblig. que quasi ex contr. oriunt. Et facile hinc alicui videri posset, maritum conveniri posse in loco, ubi dotem accepit, cum ex dotis acceptione tanquam ex quasi contractu ad ejus redditionem obligetur, verum hoc in casu aliud disponit Lex & ff. de Judic. & ubi quisque.*

§. XI.

Pro tertio fonte, unde forum competens alicui enascitur, superius assignavi *Delictum*, ubi enim quis deliquit, ibi etiam conveniri potest, *l. 20. d. t. & t. t. C. ubi de crim. & quidem sive ibidem sit præsens, sive absens, l. 3. de re milit. l. 28. §. 15. de pæn. & l. fin. de accusat. Quid? quod judex domicilii vel deprehensionis plane tenetur remittere delinquentem ad locum delicti perpetrati, *l. 7. §. ult. de accus. l. 7. de custod. reor. Nov. 134. c. r. licet seipsum ad jus reddendum abunde obtulerit, Zanger. de Except. p. 2. cap. 1. n. 247. & Farinac. in Pr. Crim. lib. 1. tit. 1. qu. 7 n. 19. & seqq. & licet hoc ipsum hodie ubi vis fere locorum in desuetudinem abiisse testetur Carpz. in Pr. Crim. p. 3. qu. 110. n. 52. fatetur tamen n. 59. 60. 61. in præfecturis Electoratus Saxonie etiamnum id obtinere, ut nimirum si crimen à quopiam admissum sit, judices sub Electoratu inferiores Quæstori Præfecturæ petenti delinquentem deprehensum remittere teneantur, nimirum ob peculiarem Ordinat. provincial. de Anno 1555. ubi tamen notare**

tare convenit, hanc ipsam ordinationem de Præfecturis solummodo loqui, in quibus vices Principis tenent Quæstores, sive Præfecti, quare ad Nobiles aliosque Judices hæc sanctio extendenda non est, in quorum territorii crimine aliquo commissio alius Nobilissimus aut Judex delinquentem in suo territorio deprehensum ad locum delicti remittere nequaquam obstrictus est, cum par in parem potestatem non habeat, *L. 3. §. 4. de recept. arbitr. & l. 14. de Jurisd.* Præsertim autem ob privata delicta delinquens in loco delicti, nisi ibi deprehendatur, conveniri haud potest, *Carpz. Resp. 26. lib. 2.* Quod si uno in loco crimen aliquod sit inchoatum, in altero autem consummatum, Judex utriusque loci sit competens, *Franzk. in tit. de jud. & ubi &c.* Dissentit tamen *Carpz. all. l. n. 16.* ubi casum proponit, quo Titius stans in territorio Sempronii lapide interfecerit, aut injuriis verbalibus affecerit Cajum stantem aut sedentem in territorio Seji, tandemque decedit, quod crimen non tam in territorio Sempronii, quam Seji commissum sit, eo, quod delictum in loco, ubi perficitur, suam accipiat formam.

§. XII.

Contingit quandoque delinquentem in loco delicti deprehensum, inquisitione jam facta, imo processu criminali ad finem perducto, è carcere auferere, hoc in casu nullum est dubium, quin etiamnum quilibet Magistratus ejus loci, ubi iterum prehenditur, ad remissionem teneatur, cum alioquin, nisi extradatur delinquens priori judici, omnis ejus opera in formanda inquisitione & toto processu criminali instruendo esset fru-



frustranea. Carpz. *c. l. n. 45.* delicti verò in confiniis commissi forum, nisi minimum præsumtiones adsint, quæ in hoc vel illo delictum esse commissum probabile reddant, est apud utriusque territorii dominos simul, Carpz. *l. c. n. 34.* Bach. *Animadv. ad Tr. Disp. 19. th. V.* si in via publica crimen perpetratum, ejus coercitio ad dominum territorialem regalia habentem, spectat. Sixtin. *de Regal. L. 2. Coler. decis. 237. n. 3. §.*

§. XIII.

Transeò ad forum rei sitæ. Quotiescunque nimirum de rei cujusdam possessione aut proprietate oritur, Reus non solum in foro domicilii, sed etiam ejus loci, ubi res illa sita est, conveniri poterit, quo de videri potest *t. t. C. ubi in rem act. L. un. C. ubi de poss. L. un. C. ubi de hered.* In hoc igitur foro locus est omnibus tribus interdictis, quibus de possessione agitur, tam adipiscendæ nimirum, quam retinendæ & recuperandæ, §. 4. *Inst. de Interd.* Præterea etiam actionibus in rem, itemque mixtis, hic locus est, *L. 3. C. ubi in rem act.* imò Panormit. *in cap. fin. de foro comp.* statuit etiam ob in rem scriptas actione judicem rei sitæ adiri posse. Hoc autem notatu maxime dignum est, pertinere hoc forum non solum ad res immobiles, sed etiam mobiles, *L. f. C. ubi in rem L. 24. §. f. & L. 38. de Judic. & ubi*, & quamvis nonnulli, quos inter est Panormitanus *in cap. f. X. de for. comp. & Cyn. in L. ult. C. ubi in rem*, hoc restringere contentur ad res mobiles eo loco, ubi deprehenduntur, permansuras, & e. g. statuant, non posse conveniri iter facientem ob equum forte, quem alter sibi vindicare cupit in loco, per quem

quem transit ; juri tamen & æquitati magis consentanea est altera sententia restrictionem nullam admittens, eo quod textus allegati sint generales , unde quoque hanc ipsam in Germania receptam esse docent *Sichard. in d. L. ult. Steph. 1 de J. dict. 31. n. 16. Vultej. in L. un. C. ubi hered. n. 11. & 50. Obrecht. de Jurisd. L. 2. c. 13. n. 8. Umm. disp. 4. th. 3. n. 15.* Satisfatione tamen sufficienti , pro re nata, reus tali in casu ab incommodis hinc orientibus se liberare potest.

§. XIV.

Utrum etiam persona Ecclesiastica seu Clericus actione in rem in foro rei sitæ coram judice seculari conveniri possit, haud concors DD. est sententia, pluribus quidem id affirmantibus , aliis id negantibus ; in illorum classe sunt *Gailius Obs. 37. lib. 1. per Auth. Clerici C. de Episc. & Cler. Mynsinger. Obs. 22. Cent. 1. n. 4. & Observ. 95. Cent. 5. Treutler. Disp. 3. Vol. 2. th. 8. Klockius Conf. 86. Tomi II. n. 10. Carpzovius in Proc. Jur. tit. 3. art. 3. n. 21.* in horum autem numero deprehenduntur : *Schurfius Consil. 44. Cent. 1. n. 1. Argentoratenses Conf. 24. Tomi II. n. 6. & Zæsius in tit. C. ubi in rem act.* qui eo usque in negativa sua procedunt, ut ne consuetudine quidem introduci posse asserant, ut persona Ecclesiastica propter rem suam convenire possit coram judice seculari. *Paulus de Castro & Sichardus in l. fin. C. ubi in rem,* postque eos *Cujacius in paratitl. ad tit. C. ubi de hered. agi oport.* distinguunt inter casum, quo persona Ecclesiastica invenitur in loco rei sitæ & quo absens est, & in priori quæstionem affirmant, in posteriori autem negant, iniquissimum reputan.

putantes, reum ex loco domicilii pertrahi ad locum rei sitæ. Sed *ob alleg. l. f. C. ubi in rem act.* generalitatem non possum non simpliciter affirmantibus calculum meum adicere.

§. XV.

Quinto superius loco personis quibusdam & causis ex peculiari privilegio competentiam fori enasci, a me dictum fuit. Tales autem sunt 1.) Clerici, qui regulariter non nisi coram iudice Ecclesiastico, aut eo, qui talem repræsentat, conveniri possunt; hinc apud Romano-Catholicos non nisi Episcopus aut cui is jurisdictionem Ecclesiasticam delegavit, regulariter iudex est competens personarum Ecclesiasticarum, in territoriis autem Principum Aug. Conf. addiكتورum Consistoria illam cognoscendi potestatem obtinent, utpote qui Principes in constitutione pacis Religiosæ Passavii A. 1552. sancita & A. 1555. August. Vindel. confirmata, universa jura Episcopalia sibi vindicarunt. Cæterum, uti jam innui, ad hoc forum privilegiatum non solummodo personæ, sed & causæ Ecclesiasticæ spectant. Sunt autem tales primario quidem causæ matrimoniales, tam de jure Canonico, *cap. 12. X. de excess. prælat.* quam Protestantium Ecclesiastico, uti tam ipsa quotidiana praxis, quam *Ordinationes Consistoriales* passim docent: deinde in hunc censum referuntur causæ decimarum *t. t. de decim. in 6to.* juris Patronatus, beneficiorum Ecclesiasticorum & aliæ. Causæ usurarum de jure Canonico quidem itidem ad forum Ecclesiasticum spectant, praxis hodierna autem juxta tenorem *Rec. Imperii Anni 1501. Rubr. von Wucherl.*

Con-

*Contracten.* Cognitionem de usuraria pravitate defert quoque judici seculari, quod etiam consentaneum est *Ordnat. Torgaviensi A. 1583. §. de usurariis contractibus.*

§. XVI.

Forum privilegiatum, uti inter omnes constat, etiam habent Literati, qui membra sunt alicujus Academiae seu Universitatis, uti vulgo vocant, nimirum Professores, Doctores, Magistri & Studiosi immatriculati, hi enim omnes non nisi coram Rectore suo, aut qui ejus vices gerit, conveniri possunt, per celebratissimam illam *Authent. Habita. C. ne fil. pro Patre.* Privilegium tamen hoc intuitu Studiosorum non ultra tempus, quo in Academia versantur, extendendum est, quamvis peculiari Academia Lipsiensis hoc gaudeat privilegio, ut ejus membra non solum Lipsiae deprehensa, sed & extra civitatem ad distantiam trium diatarum ad forum suum pertrahere possit, uti *Carpovius in pr. tit. 3. art. 6. n. 59. ex Frid. Pensold. addit. ad Coleri Decis. 296.* memorat.

§. XVII.

Non minus notum est 3tio & milites suum peculiare forum privilegiatum habere, hi enim coram Magistro militum conveniuntur, *l. ult. C. de apparitor. Magist. milit.* haud tamen diutius, quam actu sunt milites, seu in statu militari vivunt, *Mev. decis. 72. part. III.* Quarto singulari quoque in foro tractari solent *cause Feudales*, quarum judex competens est dominus Feudi, *2. F. 55. cap. un. §. ult.* Si vero inter Dominum & Vasallum lis oriatur, coram paribus curiae h. e. *Convassallis*, ab utraque parte pari numero electis fortiantur

tur

tur forum, siue dominus siue vasallus partes rei sustineat, 2. F. 16. cap. un. Et quinto huc etiam spectat privilegium pupillis, viduis & aliis miserabilibus personis indultum per l. un. C. quando Imp. cujus vigore nimirum tales Reos suos ex provincia, ubi alioquin esset ipsorum forum competens, evocare & ad curiam Imperatoris immediate pertrahere possunt, quod beneficium licet hodie in aula Imperatoris & Camera Imperiali ab observantia recesserit, & ejusmodi personis non nisi in casu denegatæ justitiæ per mandata in Camera Imperiali succurratur, Gail. obs. L. 1. in Principum tamen & Stat. Imperii Judiciis, uti & in Electoratu Saxonix, sanctionem hanc etiamnum vigere asserit Carpovius Resp. 19. p. 2.

§. XVIII.

Devenio tandem ad sextum, eumque omnium facile præcipuum, competentia fori fontem, nimirum continentiam causæ. Cerrum enim est, eam sæpe sæpius incompetentem in se Judicem competentem efficere. Per Judicem incompetentem autem non solum intelligo eum, qui simpliciter est talis, sed & eum, qui secundum quid saltem, respectu nimirum primæ instantiæ, talis est. Continentia causæ consistit in mutua duarum causarum vel connexione, vel saltem tali relatione, qua una alteri vel est præparatoria, vel saltem lucem fœneratur, vel etiam præjudicium affert, ita ut non nisi coram uno eodemque Judice ambæ satis commode tractari possint.

§. XIX.

Duplex autem occurrit causæ continentia, nimirum

C

rum

rum intuitu actionum vel ejusdem vel diversi generis. Continentia causæ ratione actionum ejusdem generis incompetentem alias judicem facit competentem *x.* ratione rerum diversis jurisdictionibus subjectarum e. g. Impetrare quis cupit arrestum generale in omnia bona debitoris cujusdam, quæ partim sub jurisdictione Civitatis Lipsiensis, partim Freibergensis sita sunt, immediate poterit adire Potentissimum Electorem Saxoniam, tanquam Judicem Supremum, non requisito Senatu vel Lipsiensi vel Freibergensi, quod ipsum etiam Sanctioni Electorali *in Ordin. Proc. Jud. tit. r. §. Wenn aber in unserer Cancellen* consentaneum est. Pariter, si Cajus in bonis Mævii in uno eodemque obligationis instrumento sibi hypothecam constituisset, dicta autem bona sita essent sub diversis Jurisdictionibus in Electoratu Saxoniam, nihilominus posset adire supremum Electorale forum, atque ibidem ex ratione continentiam executionem petere.

§. XX.

Sed aliud omnino pronuntiandum foret, si bona illa sita essent partim in Electoratu, partim in reliquo Ducatu Saxoniam, lineæ Ernestinæ, licet enim Mindanus *de Proc. lib. 3. cap. 3. §. 6.* etiam hoc in casu statuat executionem peti posse in Camera Imperiali, non obstante Domus Saxonica privilegio de non appellando, eò quod hi Principes non minus, quam reliqui Sacro Romano Imperio & Camera Imperiali subsint, hæc ipsius tamen sententia haud firmo stat talo, quoniam Camera Imperialis prorsus nullam habet causæ cognitionem in appellationis instantia in processibus, quæ  
 yen.

ventilantur sub jurisdictione Domus Saxonicae, cum tamen, ipso hoc fatente Mindano *l. c. §. 7.* ejusmodi superioritas tali incasū requiratur.

§. XXI.

Nec rationes ipsius sunt alicujus momenti, siquidem non sequitur, Principes Saxonicae possunt conveniri coram Camera, ergo etiam earum causarum cognitio, quae sub eorum jurisdictione ventilantur, ex continentiae ratione spectat ad Cameram, hujus enim jurisdictionem Imperator, privilegium de non appellando concedendo in causis, quae ad forum Saxonicum spectant, suspendit, haud verò ipsos Saxonicae Ducis jurisdictioni Camerae exemit. Nemo non videt, hæc plane diversissima esse. Nec obstat, uti Mindanus quidem persuasus est, *Recess. Deputat. A. 1600. §. bey unserm Kayserl. Kammer-Gerichte & seqq.* Ambo enim §§. loquuntur de casu, quo aliquis Status imperii ratione secundae instantiae Cameram Imperialem agnoscit Judicem competentem, dum in prima instantia Austregæ judicant, qui certe casus à præsentī nostro plane est diversus, siquidem, ut dixi, Camera Imperialis nec in prima nec in secunda instantia est Judex competens in causis ad jurisdictionem Ducum Saxonicae spectantibus. In ejusmodi casu igitur pronuncia re nullus dubito, separatim apud Electorem Saxonicae & Ducis Saxonicos executionem petendam esse, causae enim continentiam dividi posse, si coram eodem iudice tractari haud possit, patet vel ex ipsa *L. 10. C. de Judic.* dum enim inibi verba habentur: *quod in uno eodemque judicio POTERAT terminari*, argumento à

contrario sensu ducto concludere licebit, aliud obtinere, si in uno eodemque iudicio causa terminari non possit.

§. XXII.

Secundo etiam ratione personarum diversi fori continentia causæ in uno actionis genere subsistens ex incompetente (quoad primam instantiam) iudice competentem facit. Ita hoc ipsum fieri potest 1. in Realiibus. E. gr. Cajus Civis Dresdensis & Mevius Civis Freibergensis possident prædium Titii, quod sub Jurisdictione Senatus Lipsiensis situm est, certe hoc in casu Titius Cajum & Mevium tanquam Reos diversi fori ex continentia ratione statim coram Potentissimo Saxoniae Electore, non obstante primæ instantiæ exceptione, convenire, & hac ratione plurium instantiarum molestias & protractiones caute evitare, litæque finita executoriales literas ad Senatum Lipsiensem impetrare potest. 2.) Id etiam locum habet in personalibus. Casum pono talem: plures hæredes debitorum diversi fori sunt conveniendi, qui tamen in foro demortui nunquam simul deprehendi possunt (ubi alioquin conveniri possent, per *L. hæres absens in pr. ff. de iudicio.*) neque unquam lis mota fuit demortuo, (quod enim si factum fuisset, ob litis pendentiam in ejus foro stare omnino tenerentur) quæritur, ubi conveniendi? Resp. coram omnium superiore & quidem ob rationem continentia, quæ ne dividatur, prima instantia præteriri potest. Idem dicendum in casu, quo plures correi promittendi, diversis jurisdictionibus subjecti, sunt conveniendi, & hic enim immediate



diatē actio contra ipsos conjunctim in superiori judicio institui poterit. Nec est, quod quis regerat, continentiam causæ hic non esse attendendam, cum sufficiat, unum ex istis correis convenire; quamvis enim non nesciam, hoc secundum dispositionem juris veteris fieri posse, per *L. 3. §. f. de duobus reis const.* jure tamen Novellarum id ipsum immutatum est, ut correi tales gaudeant beneficio divisionis, quoties uterque solvendo existit, *Auth. Hoc ita C. de duobus Reis*, quemadmodum & plures fidejussores, *Auth. præsentē C. de fidejuss.* Sic etiam Schrifftfasius, qui vocatur, & Amtfasius una eademque actione in Curia Provinciali immediate conveniri possunt.

§. XXIII.

Magis dubium videtur, an plures socii simul ob causæ continentiam, apud Judicem superiorem conveniri possint, si illi diversa alioquin fora agnoscant. Ratio dubitandi est, quod hi non gaudeant beneficio divisionis, *L. 82. ff. pro Socio*, Faber in *Cod. lib. 4. tit. 27. def. 1. n. 2.* & ita unusquisque in solidum teneatur, unde Actor ex illis eligere potest, quem putat maxime solvendo esse. Nihilominus, cum casus existere possit, quo Actori proficuum est, omnes simul convenire, affirmativam modo allatæ quæstionis tueri nullus ambigo. Etiam hæc movetur quæstio à DD. ubi actio instituenda, si alter Reorum sit Clericus, alter Laicus? ad quam Maranta de *Ord. Jud. parte 4. dist. 11. n. 18.* auctoritatem Baldi in *L. præcipimus in f. C. de Appellat.* secutus, ut & Gail de *pace publ. Lib. 1. cap. 6. n. 20.* pluresque Canonistæ respondent, actionem instituendam esse

esse coram Iudice Ecclesiastico, Laicumque eundem tali in casu pro competente agnoscere teneri, eo quod magis dignum ad se trahat minus dignum. Veruntamen illos recte refellit Mindanus, *Lib. 3. de Proc. cap. 4. §. 14. in f.* dicens: quod hæc in præjudicium Magistratus politici ineptissime conficta & per errorem aliquandiu observata sint, ut mirari satis non possim, contrarium sentire Berlichium *in Decis. 220. n. 24, 25.* semper enim requiritur superioritas Iudicis respectu Reorum, si quis ob continentiam causæ eosdem simul, præterito singulari cujusque foro primæ instantiæ, convenire gestiât, sed talem superioritatem Iudex Ecclesiasticus in Laicum non habet. Respondendum igitur ad hanc ipsam quæstionem est, causam esse dividendam, & quemlibet in foro suo competente conveniendum. Apud Protestantes autem hic casus tanta difficultate haud laborat, cum e. g. Clericus, conveniendus alias coram Consistorio, concurrens cum Laico Cive Lipsiensi, immediate coram suprema Curia Electorali conveniri poterit, siquidem Electori Saxonix ex Pacificatione Passaviensi simul competit Superioritas Episcopalis.

§. XXIV.

Tertio in uno actionis genere redditur aliquis Iudex competens ex causæ continentia, ob litis pendentiam, sive ille solum sit incompetens ratione primæ instantiæ, sive in totum. Est verò litis pendentia nihil aliud quam ipsum litigii alicujus initium, quod statim, facta solum etiam citatione, adest, unde hæc recte litis pendentiam inducere statuitur à Gail. *Obs. 1. Lib. 1.*

n.

n. 29. *cujus confectarium est, quod in illo ipso iudicio à quo eadem emanavit, lis etiam finiri debeat, L. 7. de iudic. Requiritur autem, ut citatio emanaverit à Iudice competente, saltem qui tempore factæ insinuationis, talis est, licet statim postea accidat, ut Reus forsitan aliud forum fortiatur, L. f. §. 1. C. de in jus voc. Deinde etiam legitima esse debet, nam illegitima nullum producit effectum, nec per consequens litis pendentiam inducit, quæ autem illegitima sit, prolixum nimis esset hic disquirere, videri alios inter hæc de re poterit Gail. *Obs. 48, 49, 50, 51, 52. & 53. Lib. 1.* Nec tamen obest validitati citationis ejusque effectui, si Reus non compareat, sed contumaciam committat, nemini namque dolus & contumacia sua prodesse debet, *cap. 33. in f. X. de Off. & potest. Jud. del.* Intelligendum autem hoc est de casu, quo allegatur litis pendentia ab Actore contra Reum contumacem, e. g. si hic fortean postea forum mutavit, & nolit stare coram priori Iudice, ipsi obstabit litis pendentia. Secus est, si Reus contumax pro se alleget litis pendentiam contra Actorem, si e. g. forsitan postea coram alio Iudice competente conveniatur, tunc enim non gaudebit exceptione litis pendentia propter commissam contumaciam, ita sentiente Zanger *de Except. lib. 2. cap. 3. n. 18.* cum non sit dignus legis beneficio, qui in eam committit.*

§. XXV.

Sed quid statuendum erit, si citatio vel ab utroque circumducta, vel ipse actor non comparuit? Respondeo priori in casu neque actorem neque reum ob commissam ab utroque contumaciam pro se litis penden-

dentiam allegare posse; in posteriori autem casu similiter, ut antea, distinguendum puto, an actor, an vero reus in eadem se fundare velit. Si reus eandem opponat actori, e. g. in casu, quo actor eum coram alio iudice competente convenire velit, ejus exceptioni utique locus erit, Carpz. *in Proc. Jur. tit. 9. art. 3. n. 70. 71.* quia unius contumacia alteri non debet esse damnosa: è contrario, si actor hoc in casu, quo ipse non comparet, postmodum litis pendentiam Reo comparenti opponere audeat, si hic forsan ob mutatum domicilium forum mutare intendat, in vanum hoc ipsum ob commissam ab ipso met contumaciam fiet, hinc tenebitur novum Rei forum domicilii sequi, sibi que imputare, quod contumacia sua sibi ipsi nocuerit. Atque hanc distinctionem etiam inculcat Berlich. *Decis. 1.*

§. XXVI.

Dixi litis pendentiam quandoque ex iudice incompetente, intuitu primæ instantiæ, facere competentem, quod sequenti casu illustrare possum: In Electoratu Saxonix Schrifftasius quidam vel in iudicio appellationis, (juxta *Ordin. Appell. Rubr. Wer vor unser Appellation-Gericht geladen,*) vel in Curia Provinciali, (juxta *Ordin. Provincial. Rubr. Wer vor das Ober-Hof-Gericht mag geladen werden,*) conventus, lite pendente, feudum suum alienando, forum mutat, firque vel sic dictus Amtsasius, vel in civitate quadam domicilium suum constituit, dico nihilo minus litem suam ipsi in priori iudicio perorandum esse, non obstanti beneficio primæ instantiæ, quo Amtsasius

co-

coram Præfectura, vel civis coram Senatu gaudere fo-  
let per Ordin. Prov. l. c.

§. XXVII.

Quandoque verò, uti dixi, iudex in totum etiam  
alias incompetens ex litis pendentia fieri potest com-  
petens, idque tam in realibus, quàm personalibus  
actionibus. Ita e. g. si quis equum furto sibi ablatum  
in foro rei sitæ vindicet, ( quod fieri posse, etiam si  
possessor ibi non habeat domicilium, jam ante cum Si-  
chardo in *L. ult. in f. C. ubi in rem act. asserui* ) licet post-  
modum possessor equum, in locum alii Jurisdictioni  
subjectum abducat, nihilominus ob litis pendentiam  
stare tenebitur in dicto foro rei sitæ. Pariter, ut actio-  
nis etiam personalis exemplo assertum meum illu-  
strem, si quis certi conditione conventus alicubi fue-  
rit, licet pendente lite mutet domicilium, forúm-  
que sub alia jurisdictione sortiatur, nihilominus cœ-  
ptus in priori foro processus ibidem ipsi terminandus  
est, licet jam id ipsum eidem incompetens factum  
sit.

§. XXVIII.

Et hoc assertum meum ad ipsam usque appella-  
tionis instantiam extendere non erubescō, ita ut sta-  
tuam, standum esse hoc in casu Reo coram Superiore  
prioris iudicis, si ad illum causa per modum appel-  
lationis devoluta fuerit, non obstante, quod tempo-  
re primæ instantiæ mutaverit domicilium, ac nunc  
temporis prorsus sub alio iudice degat. Cui senten-  
tiæ meæ has subterno rationes, 1.) quod nulla lis fi-

D

nita

nita dici possit, nisi in quâ ad iudicatum definitivum perventum fuit, quod sanè interposita appellatione, ante secundam hanc instantiam ad finem perductam, fieri non potest, arg. *L. 30. de Jud. 2.*) quod nemini a parte sua adversa possit auferri beneficium appellationis, quod hoc in casu fieret, si mutans domicilium in prima instantia non teneretur stare coram superiore prioris iudicis in secunda instantia.

§. XXIX.

Imò etiam ipsi hæredes in foro cœpti cum defuncto litigii stare tenentur, licet alioquin aliud planè forum agnoscant, *L. 19. pr. de Jud.* Et licet diversum hic sentiat Gail. *Observ. 37. lib. 1. n. 8.* & cum ipso alii, non, nisi lite contestata à defuncto, ipsius hæredi, si ille sit Clericus, forum litis pendens sequendum esse, obstat tamen ipsis manifeste generalitas *all. L. 7. de iudic.* absque ulla exceptione sancientis, Reo in loco cœpti litigii standum esse, licet postea alterius fori fiat: In successorem autem omnia commoda & incommoda, quæ defunctus tempore mortis habuit, derivantur. Nullam igitur hic admittendam distinctionem statuo inter successorem Laicum & Clericum, cum ubi lex non distinguit, neque nostrum sit distinguere.

§. XXX.

Denique etiam in uno actionis genere ob causæ continentiam iudex alias incompetens fit competens mediante interventione, idque cum in prima, tum etiam in secunda instantia. Triplici autem scopo quis intervenire potest, nimirum 1.) ob proprium interesse,

se, e. g. Sempronius à Mevio vindicare intendit prædium, Titius interveniens ad se spectare illud ipsum contendit, & sic tam Actori quam Reo contrariatur; 2.) ut assistat Actori, 3.) ad assistendum Reo, e. gr. si venditor interveniat & defendat emptorem suum propter rem venditam conventum, & hic ipse est casus qui huc spectat, cum in eo interveniens sequatur forum Rei, licet ipse, si Rei partibus fungeretur, ibi conveniri non posset, *L. 49. de jud.* Et hoc ipsum obrinet etiam in casu, quo iudex est delegatus, hic enim, licet ipsi saltem cognitio commissa inter Reum & actorem, absque ulla interventionis mentione facta, nihilominus habet cognitionem super jure intervenientis ex causæ continentia; fungitur enim iudex delegatus partibus iudicis delegantis, in cuius locum quasi surrogatus est, *cap. sane quia X. de offic. iud. del.*

§. XXXI.

Non æque expeditum est: An interveniens teneatur litigare etiam coram Arbitro. Interim id affirmare haud quaquam reformido, eò quòd 1.) compromissa ad similitudinem iudiciorum redacta dicantur in *L. 1. de Recept. Arbitr.* 2.) quòd quæstio incidens sequatur quæstionem principalem, *t. z. C. de Ord. cognit.* Novi equidem contrarium iterum hic statuere Mindanum, *Lib. 3. de Proc. cap. 8. §. 12.* sed rationes, quas suæ sententiæ substernit, sufficientes mihi haud videntur; ad primam enim, *quod compromissum, tanquam res inter alios acta tertio nocere non debeat*, respondeo, quod in se quidem compromissum ipsi præjudi-

care non possit , ita , ut jure suo forsan cadat , sed eatenus saltem , quod si interventionem intermittat , interveniendi occasionem postea , lato arbitrio , amittat. Ad secundam , *quod extra territorium jus dicenti impune non pareatur* , rehero , hanc regulam ad casum interventionis non esse extendendam , alioquin in casu *L. 49. de jud.* ille qui gauderet privilegio fori atque interveniret ex parte Rei non teneretur intervenire coram judice Rei , sed posset causam avocare ad suum judicem , quod tamen *cit. l.* expresse contrariatur. Quid autem ad tertiam & quartam Mindani rationem , *quod nimirum grave sit cogi coram judice non suo litigare* , & *quod quidam possint hac ratione collusionem quadam compromittere* , & *ita eos , quos interventuros scient , foro suo privare* , respondendum sit , ex jam datis responsionibus facile colligi potest.

§. XXXII.

Tandem etiam continentia causæ in diverso actionum genere ex judice incompetente competentem efficit , puta primo in Reconventionem. Esse autem Conventionem & Reconventionem duas ab invicem distinctas actiones vel hinc concludere licebit , quod in utraque peculiari opus sit libello , & utraque persequamur id in judicio , quod nobis debetur , quæ vulgata est actionis definitio , *L. 41. de O. & A. pr. J. de act.* & sane ii , qui reconventionem magis exceptionem quam actionem esse reputant , vel ipsa exceptionis definitione , qua illa dicitur esse actionis exclusio , refelli posse videntur , siquidem conventio & reconventio



tio simul in eodem iudicio ventilari possunt, nec una alteram excludit.

§. XXXIII.

Quamvis autem Jure Electorali Saxonico requiratur, ut causæ Conventionis & Reconventionis sint connexæ ratione materiæ & objecti, Carpz. *ad Const. 7. P. 1. def. 11.* Jure Civili tamen objecta hæc diversissima esse possunt, ex hujus quippe dispositione Reconventionem coram conventionis iudice à Reo in conventionem institui posse, indubium est, per *L. 14. C. de Sentent. & interlocut. & L. 22. ff. de Judic.* Curiosa tamen hic moveri potest quæstio: An, si Actor conveniens sit Persona illustris, e. g. Princeps Imperii, ipse a Reo nihilominus coram eodem iudice reconveniri possit. E. g. si Princeps quidam, qui aliàs gaudet privilegio Austregarum, convenisset aliquem Nobilem coram Principe cujus Jurisdictioni hic esset subjectus, ipse verò itidem haberet causam aliquam contra Principem hæcenus Actorem, quæritur: an hoc in casu Nobilis reconventionem coram Principe, qui in conventionem Judex fuit, contra Principem antea Actorem experiri possit? Qui affirmativè responderet, non videtur destitui fundamento; licet enim Austregæ ob stare & negativam suadere videantur, considerandum tamen est primò, quòd Austregarum privilegium ad casus in *Ord. Cam. non expressos non sit extendendum per express. text in ista Ord. Cam. p. 3. tit. fin.* Deinde etiam attendendum quod Princeps Imperii conventus ab aliquo coram Austregis, Actorem coram

iisdem reconvenire possit, *per text. in Ord. Cam. P. 2. tit. 4. §* So dann die Partheyen u. æquum autem est, ut quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

§. XXXIV.

Uterius quæri meretur: An etiam coram Arbitro locum habeat Reconventio? ubi DD. distinguere solent inter Arbitrum Juris & Compromissarium, & de illo quidem si quæstio sit, affirmativè; si autem de altero, negativè respondent, eo quod arbitri compromissarii non nisi de iis judicare possint, super quibus compromissum in eos extitit, *per text. express. in cap. 6. X. de Arbitr.* Cæterum nec Judex Appellationis potest fieri Judex competens Reconventionis, licet Mindanus hic distingvendum *l. c. cap. 6. §. 15.* putet, utrum à definitiva, an verò ab interlocutoria saltè appellatum sit; & illo quidem in casu locum haud habere Reconventionem coram Judice appellationis existimat, nisi conventio & Reconventio simul legitimo modo instituta & agitata fuerit, tum enim putat, si à sententia conventionis definitiva appellatum fuerit, etiam causam Reconventionis pro devolutâ habendam esse, ita, ut Judex à quo in illa ulterius procedere nequeat. Verum enim verò licet facilè concedam causæ continentiam suadere, ut utraque actio coram eodem Judice tractetur, tantæ tamen efficacix haud esse potest, ut appellationem interpositam à definitiva conventionis etiam extendat ad Reconventionem, utpote in qua Appellans nondum est gravatus. Quod si verò

verò ab interlocutoria competentiae aut à tali iudicii parte, ubi Reconventionem in prima etiam instantia licuit opponere. Mindanus *l. c.* indubium esse putat, quin retenta apud Judicem Appellationis causa principali, etiam reconvenire coram eodem liceat, transire enim negotium & processum cum omnibus suis qualitatibus.

§. XXXV.

Affertum tamen meum, quod conventionis Judex cognoscat super causa Reconventionis sub hac limitatione intelligendum est, si id qualitas causae patiatur. Nec enim putandum est, conventum e. g. coram iudice Seculari posse Actorem coram eodem iudice reconvenire in causa ad Jurisdictionem Ecclesiasticam spectante, cum hujus natura id non patiatur. Probè enim distinguendae sunt ipsae causae Ecclesiasticae à Personis Ecclesiasticis. In illis enim, nisi conventio coram iudice Ecclesiastico instituta sit, reconventioni nunquam est locus, quae tamen locum invenit, licet Actor in conventionione sit Persona Ecclesiastica s. Clericus, & actio coram iudice seculari instituta fuerit, coram eodem enim reconventio contra ipsum institui poterit, non obstante personae ipsius conditione.

§. XXXVI.

Finem qualiscunque hujus meae Dissertationis tandem faciat casus, in quo continentia causae in diverso actionum genere ex incompetente iudice competentem facit ratione iudicii possessorii & petitorii. Titius contra Mevium in iudicio possessorio egit ad  
recu-

recuperandam possessionem equi, pronunciata est, Mevium eousque relinquendum esse in possessione, donec Titius in petitorio dominium equi probaverit, quæ sententia transit in rem judicatam, quo facto Mevius Possessor mutavit domicilium, equumque simul abduxit, aliique jurisdictioni subjectus est: quæritur an Titius petitorium instituturus necesse habeat Mevium coram novo ipsius Judice convenire: Respondetur, quod non, ex continentia enim possessorii & petitorii poterit agere coram Judice priori, per *L. 10. C. de Jud. it. cap. I. X. de caus. poss. & propr.* Quid? quod, si ultrò velit novum adire Judicem Mevii, poterit ab hoc Mevio nimirum, repelli exceptione litis pendentiæ, neque enim in arbitrio Actoris, vel Rei positum est, causæ continentiam dividere, arg. *L. 10. C. de Jud.* Plura addere & temporis & spatii angustia prohibet, & scopo etiam meo hæc pauca sufficere possunt.

F I N I S.




ULB Halle  
001 585 339


3



56







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE 1721, 12

12 (2)

# IUDICIS INCOM- PETENTIS COMPE- TENTIA EX CAUSÆ CONTINENTIA,

QVAM

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,  
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO

**DN. JOAN. JOACHIMO HAHN,**

*Dei & Apostolica Sedis Gratiâ Episcopo Metropolitano,*

Per Thuringiam, Hasnam & Eichsfeldiam, Eminentissimi ac Cellissimi Principis Electoris Moguntini in Pontificalibus Vicario Generali, ejusdemque Archi-Episcopalis Curiz Provicario Generali, SS. Theologia & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem Moguntiz respective Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

**ANNUENTE AMPLISSIMO JCTORUM ORDINE**

IN ALMA ET PERANTIQUA HIERANA,

PRÆSIDE

**DN. JOH. HENRICO Meiern/  
JCTO.**

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT. JURID. P. T. DECANO, UNIVERSITAT. SENIORE ET JUDICII PROVINCIALIS ASSESSORE PRIMARIO &c.

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES, NEC NON

PRIVILEGIA DOCTORALIA

MORE MAJORUM, ADIPISCENDI,

DIE XXVI SEPT. ANNO MDCCXXI.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI, HORIS CONSUVETIS  
PUBLICÈ DEFENDIT

**CHRISTIANUS GOTTLIEB WILISCHIUS**

*Liebstadio - Misnicus,*

Reg. Maj. Pol. & Elector. Saxon. Generalis Accisæ Inspector, & Advocatus immatriculatus Grossen-Haynenfis.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

